



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &
Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

2. Paradisi in terram miseræ mutatio, fabulâ expressa.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45686

Gen. 3. 17.

pro illo, fundauerat omni benedictione plenam. Postquam prauaricatus est, causam Deo dedit, vt terra non maneret talis qualis fuerat initio fundata. Quamobrem dixit ad eum Dominus Quia audisti vocem vxoris tuae, & comedisti de ligno, ex qua, preceperam tibi ne comederes, MALEDICTA TERRA, in opere tuo: in laboribus comedes ex ea, cunctis diebus vita tua, spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbam terra. In sudore vultus tui vesceris pane, donec reuertaris in terram, de qua sumptus es: quia puluis es, & in puluere reuerteris. Hinc fundi nostri calamitas. Hinc initio tu, Domine,

Gen. 2. 6.

terram fundasti: terram irriguam, quia fons ascendebat à terra irrigans vniuersam superficiem terra; terram floridam, terram omni voluptatis feracem; verbo Paradisum: sed, post hoc initium inobediens homo solum vertit & felicitatem, atque ex loco voluptatis, fecit terram miseria, latomiam laboris, ergastulum calamitatis. Illud initio tam pulchrum viridarium erat ab omnipotente Creatore ita homini concinnatum, vt quacunq; oculo

Iob. 10. 22.

circumferret, meritò exclamaret: Quam magnificata sunt opera tua, Domine? omnia in sapientia fecisti: impleta est terra possessione tua

Psal. 103. 25.

Glebae bonae inimicus homo Zizania superseminauit. Homo, cum in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similibus factus est illis. Hinc illi dictum est: Et comedes herbam terra

Matth. 13. 25.

ficut & Nabuchodonosori legimus accidisse; quem regijs dapibus affuetum illa sententiâ percussit: Eoenum, vt bos comedes. Hunc relinquant, peccata effectum, hoc fructi, pro seruitute, à diabolo mortales ferunt. Denique stipendia peccati mors.

Psal. 43. 13.

Gen. 3. 18.

Dan. 4. 22.

Rom. 6. 23.

A lian. lib. 3.

ca. 18.

Tradit Theopompus, in colloquio, quod inter Midam Phrygem, & Silenum intercessit, à Sileno etiam hoc narratum fuisse: in Meropum finibus locum esse, & nominari Anostum, (id est sine reditu, seu unde non est reditus) similem voragini & hiatus: neque verò tenebris, neq; lumine insignem; sed aërem impendere obscuro quodam rubore permixtum. In eo loco duos fluuios labi, alterum voluptatis, alterum tristitia: & ad utramq; arbores sitas esse magnitudine platani magna. Quae ad flumen tristitia sunt eiusmodi natura ac potestate fructus producere: si quis in s vescatur, eum tantum eicere lacrymarum, vt per vniuersa vita reliquum tempus fletibus, luctibusq; diffusis, & sic vitam finiat. Alteras verò, quae fluuiio voluptatis agnascuntur, fructum

fructum contrarium ferre: qui enim hunc gustat, ab omnibus pristinis cupiditatibus abducitur; paulatimq; fit junior, atq; precedentem aetatem, & iam transactam retrò agit ac resumit. Hæc Chij fabula historicam protoplasti exprimit veritatem, ostenditque, quàm felici origine nati, in quantam peccato miseriam dejecti simus. Terra hæc, inter cælum & inferos, media, voragini similis est, neque damnatorum tenebris horrida, neque luce beatorum clara, sed alternis vicibus, nunc sole illustrata, nunc obscurata noctibus, mixtum quiddam de utroque præ se fert. In hac terra, duo fluij, seu gemini vitæ humanæ status fuere: in vno exitit torrens voluptatis; nec enim tam copiosis aquis fons de terra, in Paradiso, quàm multis gaudijs læta felicitas, quasi jure conuiuium, in mentem Adami ascendit. Ad hunc gaudiorum fluium, accreuit arbor vitæ, cuius fructu gustato, vigor, iuuentus, vita omni homini reflorisset. Sed maluit noster parens ex illa arbore fructum gustare, quæ meritò dici potest, ad flumen tristitia fuisse adsita. Nam, postquam Adamus ad eius pomum dentes admouit, ita flere illico cepit, ac si non pomum, sed allium aut cepas momordisset. Enimverò hæc arbor coëgit eum tantum eicere lachrymarum, ut per vniuersa vitæ reliquum tempus, lacrimis, & luctibusque disfluere, & sic vitam finiret.

Cui igitur attribuenda est exilij nostri causa? Numini, an homini? Innocenti sapientissimus architectus condidit Paradisum; reo decreuit exilium. Homo, cum in honore esset, non intellexit; comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. De honore dejectus est, postquam de virtute cecidit; & illico corporis morti addictus, ubi gratiam, quæ est animæ vita, extinxit. Fatalis illa arbor ex communi Theologorum sententia, idcirco arbor scientiæ boni & mali est nuncupata, quia primi parentes nostri, per comestionem vetiti illius fructus, experimento didicerunt bonum, quo prius fruebantur, malæque subsecuta, quæ, ob inobedientiam, illis sunt immissa. Hic enim mos est S. Scripturæ, ut res ab euentu appellet. Nam & locus ille, in quo Abraham puteum foderat, pro quo, Abimelech Domino terræ illius, septem agnos dedit, dictus est Bersabea, id est, fons septem, scilicet agnaru; seu fons, vel puteus juramenti, quia ibi vterque juramento pactum

Prou. 16. 18.

III.

Psal. 49. 13.

Gen. 21. 30.

X 2

firma